

quorum *Osiandristica* quaedam et *Flaciana* tendunt; modo, quae solus operatur in nobis, ante iustificationem, DEVS, pro nostris actibus nostraque aetuitate, uendit; modo *imitationem* Christi, tanquam *exempli*, *apprehensionem* illius, ceu *doni*, anteuertere, minimum, haec tuto commisceri inter se posse, credunt, quae SONTAGIVS accurate obseruat, *Migad. Theol.*

§ 50. p. 33. Fieri sic sane aliter non potest, quin multi de mediis salutis contentim admodum existiment, τὸ agere utramque facere paginam, aperte scribant, et, cum D. Pfaffio, obsequium, legi praestandum, ad formam, naturam et definitionem fidei referendo, fidem ipsam in opera, pudendo Theologis conatu, mutent, vid. B. IANVS, *de fidei iustif. natura et fundamento*, p. 4.

Hypothesi-  
bus qui-  
busdam  
periculo-  
sioribus  
nouis.

Hoc agitur a multis, ut dependentem prorsus a pietate nobis commemorent fidem, uoluntati omnia, intellectui uero nihil relinquant, *Arnoldi placito*, die Theilung der Rechtfertigung und Erneuerung waere nur im Gehirne gemacht worden, cum TIMOTH. PHILAETHA, secure non tantum subscribant, in *Harmon.* et *Disharm.* Protestat. et R. Cathol. *de Iustificat*, p. II. sed et, cum eodem, iustificationem et renovationem uno iustificationis actu fieri, immo habitum amoris in prima conuersione homini infundi, perhibeant, in *Harmon.* et *Disharmon* explicata, et defensa, p. 12. 34. seq. Distinguere nolunt, quod practicum est, et quod ad praxin dirigitur, quale quid tota Theologia est, nec putant, cum re delicata, fide, quae magis, quam alia omnia, praxi atque operibus opponitur, sibi hic negotium esse; Administrat homo prudentiam, se, aliasque saluandi, non uero operatur in omnibus ipse practice, quandoquidem Theologia habitus θεόςδοτος est. Afferat BAYERVS, non adesse fidem, ubi non adsit inclinatio et propensio ad praestandum, quod DEO Christoque gratum esse potest; explicet se, in sequentibus, si desint ενεργηματα, siue actus externi, ενεργήσας tamen, siue actus internos, ac conatum bene operandi sufficere, certe semper adesse ενέργεια: Dei tamen opera haec omnia sunt, qui inclinat et propendere facit, homine, dum fidem concipit, non, nisi passiuē se habente, de connexione fid. & QO. §. I. et XII.

VIII,